

PROSÆ SEU SEQUENTIÆ

Præterquam in die Paschæ et Pentecostes, sequentiæ sunt ad libitum (cf. IGMR, n. 40). Melodia textuum qui infra leguntur, invenitur in Appendice, p. 505.

Die 25 decembris
IN NATIVITATE DOMINI
(Ad Missam in die)

Die 6 ianuarii
IN EPIPHANIA DOMINI

Die 2 februarii
IN PRÆSENTATIONE DOMINI

Sequentia Lætabúndus, ab Ordinis consuetudine recepta, confirmata est, opportunis correctionibus adiectis. Cui poterit, præfatis diebus, infra Missam aut post, prout magis expedire videbitur, vel in aliis rerum adiunctis, pro opportunitate.

Lætabúndus
exsúltet fidélis chorus.
Allelúia.

Regem regum
intáctæ profúdit torus:
res miránda!

Angelus consílii
natus est de Vírgine:
sol de stella.

Sol occásus nésciens,
stella semper rútilans,
semper clara.

Sicut sidus rádiu,
profert Virgo fílium,
pari forma.

Neque sidus rádio,
neque mater fílio
fit corrúpta.

Cedrus alta Líbani
conformátur hyssópo,
valle nostra.

Verbum ens Altíssimi
corporári passum est,
carne sumpta.

Isaías cécinít,
Synagóga méminít,
numquam tamen désinít
esse obligáta.

Si non suis vátibus,
credat vel gentílibus:
Sibyllínis vérsibus
hæc prædícta.

Infélix, própera,
crede vel vétera:
cur damnáberis,
gens elécta?

Quem docet líttera,
natum consídera:
ipsum génuít
puérpera.

IN TRANSLATIONE ET IN SOLLEMNITATE
S. P. DOMINICI

Forma hodierna textus sequentiæ In cælésti hierarchía legitur (p. 355), et forma abbreviata Laudes Patri Domínico (p. 336 vel 356); ítemque melodia invenitur (p. 506).